



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Prooemium.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

na sapientia doctus fuerit. Cui si-
laus & gloria per æterna sæcula

*Praxis quinque sensus mysteriis
Christi Domini aliisque
applicandi.*

P R O Æ M I U M.

Quia nō omnes pussunt, aut
norum considerationi my-
steriorum Salvatoris nostri, &
Sanctorum intendere, per mo-
dum meditationis; & tamen
præter utilitates maximas, quæ
inde percipiuntur, in primis de-
lectabile est, & valde conveni-
ens, quam fieri potest frequen-
tissimè ante oculos animæ con-

stituta habere admiranda illarum personarum gesta, quas veluti duces & magistros vitæ spiritualis agnoscere debemus; & quia etiam illi ipsi, qui meditantur, interdum propter defatigationem aliquam id ipsum absque difficultate, licet magno suo dolore, facere non possunt; bene me facturum judicavi, si post explicatam praxin meditandi, subjungerem praxin fructuosè quinque sensus, per vim imaginativam, eisdem mysteriis applicandi, dum propter temporum & locorum, in quibus contrigerant, distantiam, propriè & immediate applicare prohibemur, quod eò libentius adducor, ut faciam,

quo

quod id exercitium omni hominum generi convenit, qui non habent debilem vel impeditam imaginationem; & laborem magnum non requirit, unde tam primi, quam secundi eodem facile uti possunt. His adiunge, quod cum sanctis valde commune fuerit, hac se ratione in mysteriis Christi Salvatoris nostri exercere, ut apparet ex ipsorum meditationibus, in quibus modo aspiciunt Christum Dominum, Beatissimam Virginem Angelos, aliosque; modò audiunt; modò ad pedes illorum se prosternunt, amplectuntur, & osculantur, modò odore percipiunt foetorem stabuli, Pedum Iudæ, mon-

tis Calvariae : modò fel gustant,
modò acerum passionis, modò
vinum ex aqua factum in Cana,
& alia hujusmodi in se faciunt,
Affectuosa, & ad devotionem in-
legendibus excitandam apta; non
potest non esse utile, si ad brevem
quandam praxim reducamus,
quidquid requiritur, ut aliquam
perfectionem in sancto hoc ex-
ercitio attingamus, præterquam,
quod qui se hoc modo circa ob-
iecta imaginaria exercent, simul
addiscunt modum moraliter ap-
plicandi ad aliquid spirituale,
quicquid ex rebus materialibus
realiter vident, audiunt, gustant,
odorant, tangunt, quod est stu-
dium à sanctis, & omnibus vita-

spiritualis studiosis valde usitatum, & laudatum. Eandem ergo methodum adhibebo, quam in praxi meditandi adhibui, totamque materiam in tria capita illis similia dividam, & eadem facilitate & claritate procedam.

Quid ante Applicationem faciendum.

CAPUT PRIMUM.

Præparationes.

PRæter posita in prima praxi, quæ suo modo etiam propria sunt huic secundæ, pro iis qui norunt, & possunt sese exercere